einander mit *ut* finden sich bei Liv. mehrfach, z. B. 4, 59, 11; 27, 35, 4; verschieden sind die Fälle, wo das zweite *ut* das erste nur aufnimmt; s. 8, 6, 14. — *restituerentur*] die *tibicines* scheinen nicht römische Bürger gewesen zu sein; s. 7, 2, 4.

7. *Tiburtini*] sonst *Tiburtes*; s. 7, 9, 1; 8, 14, 9 u. a. — *postquam . . nequibant*] s. zu 2, 25, 3.

8. *per speciem celebrandarum . . epularum*]*] vgl. Val. Max. 2, 5, 4: *interposita festae epulationis simulatione*. — *id genus*] s. 13, 7; zu 8, 24, 6.

9. *vinctos*] s. 5, 44, 7. — *nec . . foro* . .] Tibur ist ungefähr 30 km von Rom entfernt.

10. *impetratoque*] s. 16, 5; zu 6, 25, 5. — *ut manerent*] die Flötenbläser haben auswandern (§ 6: *restituerentur*), nicht bloß ihr Spiel einstellen wollen; s. Lange 2, 81. — *hac*] s. Praef. 4. — *licentia*] s. Censor. de d. n. 12: *non tibicinibus esset permissum aut ludos publice facere ac vesci in Capitolio, aut Quinquatribus minusculis* (das Fest, das sich an den erzählten Vorfall knüpft) *id est idibus Iunius urbem vestitu quo vellent personatis* (Val. Max.: *personis tecto capite*

vescendi ius iis, qui sacris praecinerent. haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur.

Consules inter se provincias partiti; Iunio Samnites, Aemilio novum bellum Etruria sorte obvenit. in Samnio Cluviani 2 praesidium Romanum, quia nequiverat vi capi, obsessum fame in deditionem acceperant Samnites verberibusque foedum in modum laceratos occiderant deditos. huic infensus crudelitati 3 Iunius, nihil antiquius oppugnatione Cluviani ratus, quo die adgressus est moenia, vi cepit atque omnes puberes interfecit. inde 4 victor exercitus Bovianum ductus. caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque. ibi, quia haud tantum irarum erat, spe praedae milites ac- 5 censi oppido potiuntur. minus itaque saevitum in hostes est; praedae plus paene quam ex omni Samnio umquam egestum benigneque omnis militi concessa. et postquam praepotentem 6 armis Romanum nec acies subsistere ullae nec castra nec urbes poterant, omnium principum in Samnio eo curae sunt intentae, ut insidiis quaereretur locus, si qua licentia populandi effusus exercitus excipi ac circumveniri posset. transfugae agrestes et 7

variaque veste) temulentisque pervagari. — aede] näm. *Iovis*, auf dem Kapitolum.

31. Fortsetzung des Krieges gegen die Samniten. Diod. 20, 3. 26; Zonar. 8, 1.

1. *Samnites* . .] *Samnites* und *novum bellum Etruria* sind je eine *provincia*; s. 3, 2, 2; zu 2, 54, 1; zu der Apposition *Etruria** vgl. 42, 4; 6, 6, 13. Ungeachtet des Krieges in Etrurien wird der gegen die Samniten fortgesetzt, nach Diodor sogar von beiden Konsula in Apulien geführt.

2. *Cluviani**) der Name ist wie Bovianum, Sentianum u. a. gebildet; daneben scheint die Stadt auch *Cluviae* genannt worden zu sein; s. *liber colon*. S. 260, 1; Mms. IRN. 5293; vgl. Tac. Hist. 4, 5. Die Eroberung derselben durch die Römer ist vorher nicht erwähnt. — *praesidium*] vgl. 16, 10. — *verberibus*] 24, 15 wird ein gleiches Verfahren der Römer berichtet.

3. *infensus crudelitati*] s. zu 24, 12, 2. — *Cluviani*)*

4. *Bovianum*] von *bov-* gebil-

det; ein Stier sollte die dahin Ausgewanderten geführt haben. Es gab zwei Städte des Namens Bovianum: die eine Bovianum vetus (s. 10, 12, 9), j. Pietrabondante, wahrscheinlich im Gebiete der Caracener gelegen, wie wohl auch Cluvianum; die andere mehr südlich, j. Bojano am Monte Matese; s. 44, 6; Mms. UD. 171; Liv. meint an u. St., wie *Pentrorum* zeigt, die letztere. Die Samniten können die feste Stadt nicht mehr schützen.

5. *haud tantum*] näm. *quantum Cluviani*; *haud tantum* findet sich selten verbunden (s. 27, 48, 5); vgl. das singuläre *haud tam* 2, 34, 12.

6. *subsistere*] mit Acc.; vgl. 1, 4, 9. — *principum*] sie heißen 10, 38, 7 *nobiles*, ebd. § 12 *primores*. — *insidiis*] zur Sache vgl. 10, 4, 6. — *qua*] gehört nicht zu *licentia*, sondern ist Adverbium. — *licentia populandi**) s. zu 22, 3, 9. — *excipi* . .] aufgefangen und (umzingelt) niedergemacht werden; so häufig aus einem Hinterhalt.

7. *transfugae*)* — *agrestes*]

captivi, quidam forte, pars consilio oblata, congruentia ad consulem adferentes, quae et vera erant, pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse, perpulerunt, ut praedatum eo
 8 expeditae ducerentur legiones. ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat et, postquam intrasse Romanos vidit saltum, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit.
 9 et primo nova res trepidationem fecit, dum arma capiunt, sarcinas congerunt in medium; dein postquam, ut quisque liberaverat se onere aptaveratque armis, ad signa undique coibant et notis ordinibus in vetere disciplina militiae iam sine praecepto
 10 ullius sua sponte struebatur acies, consul ad ancipitem maxime pugnam advectus desilit ex equo et Iovem Martemque atque alios testatur deos se nullam suam gloriam inde, sed praedam
 11 militi quaerentem in eum locum devenisse neque in se aliud quam nimiam ditandi ex hoste militis curam reprehendi posse; ab eo se dedecore nullam rem aliam quam virtutem militum
 12 vindicaturam. coniterentur modo uno animo omnes invadere hostem, victum acie, castris exutum, nudatum urbibus, ultimam spem furto insidiarum temptantem et loco, non armis fretum.
 13 sed quem esse iam virtuti Romanae inexpugnabilem locum! Fregellana arx Soranaque et ubicumque iniquo successum erat

28, 4. — *quidam* . . pars*] bezieht sich nur auf *captivi*, da sich die Absicht bei den *transfugas* von selbst versteht; bei *consilio oblata* ist vielleicht an eine List zu denken, wie 2, 2. — *saltum*] nach Zonaras *eis τὰς ὕλας τὰς Ἀόρνους*. — *avium*] von der Strafe abseits liegend, da im folgenden *itinera* erwähnt werden. — *expeditae*] hier, wie das Folgende zeigt, nicht = ohne Gepäck, sondern = nur mit dem Nötigsten versehen; s. 7, 37, 11.

9. *se . . aptaverat armis*] gewöhnlich heißt es, mit oder ohne Hinzufügung eines Dativs des Zweckes, *arma aptare*; s. 10, 33, 2; zu 22, 5, 3; zur Sache s. Caes. BG. 2, 21, 5 f. — *coibant . . struebatur*] sie waren noch damit beschäftigt; zu *signa . . ordinibus* vgl. 27, 10; über *struere* s. zu 1, 23, 6. — *in vetere . . militiae*] statt eines Kausalsatzes. — *iam . .*] viele in dem römischen Heere hatten, da es bereits das 15. Jahr

des Krieges ist, gewiß schon mehrere Feldzüge mitgemacht; Liv. denkt sie sich als Veteranen; vgl. 27, 42, 3. — *sua sponte*] s. zu 7, 8. — *struebatur*] s. 8, 8, 3; 9, 31, 9; 42, 7, 4. 51, 3; gewöhnlich sagt Liv. *aciem instruere*.

11. *ab eo . . dedecore*] d. h. von dem Vorwurfe, das Heer aus dem angeführten Grunde in diese (gefährliche) Lage gebracht zu haben.

12. *coniterentur . . invadere*] s. Tac. Ann. 15, 51: *illigare conisa est*; ebenso *adniti* (s. 26, 15) und *niti* mit dem Infinitiv. — *furto insidiarum*] eine Hinterlist, die ausgeführt werden solle durch . . ; s. 11, 6; zu 26, 39, 11.

13. *Fregellana arx*] s. 28, 3. — *Sorana*] s. 24, 5. — *successum erat*] wo man mit günstigem Erfolge an ungünstigen Orten gegen die Feinde angerückt war; wahrscheinlich ist zugleich an den uneigentlichen Gebrauch von *succedit (rei)* zu denken

loco memorabantur. his accensus miles, omnium inmemor diffi- 14
cultatum, vadit adversus imminentem hostium aciem. ibi paulum
laboris fuit, dum in adversum clivum erigitur agmen; ceterum 15
postquam prima signa planitiem summam ceperunt sensitque
acies aequo se iam instituisse loco, versus extemplo est terror in
insidiatores eademque latebras, quibus se paulo ante texerant,
palati atque inermes fuga repetebant. sed loca difficilia hosti 16
quaesita ipsos tum sua fraude impediabant. itaque ergo perpau-
cis effugium patuit; caesa ad viginti milia hominum victorque
Romanus ad oblatam ab hoste praedam pecorum discurrit.

Dum haec geruntur in Samnio, iam omnes Etruriae populi 32
praeter Arretinos ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio, quae
urbs socia Romanis velut claustra Etruriae erat, ingens orsi bel- 2
lum. eo alter consul Aemilius cum exercitu ad liberandos ob-
sidione socios venit. advenientibus Romanis Sutriini comnea- 3
tus benigne in castra ante urbem posita advexere. Etrusci diem
primum consultando, maturarent traherentne bellum, traduxerunt.
postero die, ubi celeriora quam tutiora consilia magis placuere
ducibus, sole orto signum pugnae propositum est armatique in
aciem procedunt. quod postquam consuli nuntiatum est, extem- 4
plo tesseram dari iubet, ut prandeat miles firmatisque cibo viri-
bus arma capiat. dicto paretur. consul, ubi armatos paratosque 5
vidit, signa extra vallum proferri iussit et haud procul hoste in-
struxit aciem. aliquamdiu intenti utrimque steterunt expectantes,
ut ab adversariis clamor et pugna inciperet; et prius sol meridie 6

(s. 2, 45, 5: *nolle . . successum . . pa-
tribus*), der sonst gewöhnlich durch
die aktive Form bezeichnet wird;
s. zu 45, 36, 4.

15. *prima signa*] d. h. die Ha-
staten unter ihren Fahnen; s. 32, 8.
— *summam*] 'auf der Höhe'; vgl.
2, 65, 6.

16. *itaque ergo*] s. zu 1, 25, 2.
Nach den Triumphalfesten hat *Iu-
nius cons. III. an. DXLII nonis
Sext.* triumphiert; vgl. 43, 25. Nach
Zonaras haben die Römer eine Nie-
derlage erlitten.

32—33, 2. Krieg mit den Etrus-
kern. Diod. 20, 35.

1. *dum . . ierant*] s. zu 21, 29, 1.
— *ad arma ierant*] s. 21, 48, 3.
— *Arretinos*] Arretium j. Arezzo.
Sie müssen sich bald den übrigen
angeschlossen haben (s. 37, 12), wäh-

rend Caere schwerlich am Kriege
teilnahm; s. 7, 20, 1 ff.; vgl. auch
zu 41, 5. — *Sutrio*] s. 6, 3, 2. —
claustra] vgl. 6, 9, 4.

2. *cum exercitu*] wohl nur mit
zwei Legionen, nicht mit dem 29,
4 ausgehobenen Heere.

3. *maturarent traherentne*] st.
maturarentne an traherent ist bei
Liv. häufig, bei Cicero selten; s. zu
23, 4; Mg. zu Cic. de fin. 4, 76. —
traduxerunt] s. 3, 4; 24, 38, 2. —
celeriora . .] vgl. 2, 51, 7.

4. *tesseram* . .] s. zu 7, 35, 1.

5. *extra . .*] s. zu 5, 12. — *signa
. . proferri*] s. 43, 8. 45, 14; zu 22,
29, 2. — *expectantes, ut*] s. zu 26,
18, 5; dagegen 3, 11, 13; 10, 36, 2:
expectantes, dum; vgl. zu 3, 37, 5. —
ab adversariis . . inciperet] wie 39,
2 u. a.; vgl. § 6: *oritur*; 10, 3, 2 u. s.

se inclinavit, quam telum hinc aut illinc emissum est. inde, ne infecta re abiretur, clamor ab Etruscis oritur concinuntque tubae
 7 et signa inferuntur; nec segnius a Romanis pugna initur. concurrunt infensis animis; numero hostis, virtute Romanus superat, anceps proelium multos utrimque et fortissimum quemque absumit, nec prius inclinata res est, quam secunda acies Romana
 8 ad prima signa integri fessis successerunt. Etrusci, quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit, ante signa circaque omnes ceciderunt. nullo umquam proelio fugae minus nec plus caedis fuisset, ni obstinatos mori Tuscos nox texisset, ita ut victores prius quam victi pugnandi finem facerent. post occasum solis signum receptui datum est; nocte utroque in castra reditum.
 11 nec deinde quicquam eo anno rei memoria dignae apud Sutrium gestum est, quia et ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno proelio fuerat subsidiariis modo relictis, vix quod satis esset
 12 ad castrorum praesidium, et apud Romanos tantum vulnerum fuit, ut plures post proelium saucii decesserint quam ceciderant
 33 in acie. Q. Fabius, insequentis anni consul, bellum ad Sutrium
 2 excepit, collega Fabio C. Marcius Rutilus datus est. ceterum et Fabius supplementum ab Roma adduxit et novus exercitus domo accitus Etruscis venit.

6. *prius . . quam . . emissum est*] nur selten folgt auf *priusquam*, wenn der Hauptsatz nicht negiert ist, der Ind. Perf.; s. § 8; vgl. 23, 30, 4.

8. *prima signa*] s. 31, 15; 10, 40, 12. — *successerunt*] ist in verschiedener Bedeutung zu *ad prima signa* und zu *fessis* zu nehmen; s. zu 36, 24, 6: *transcendere*; = sie rückten zu den Fahnen vor, und es traten . . an die Stelle.

9. *recentibus*] die als frische Truppen hätten nachrücken können. — *fula*] s. 7, 12, 8. — *ante signa circaque*] Liv. denkt auch die Fahnen der Etrusker hinter der ersten acies; s. zu 8, 11, 7. — *circaque*] s. zu 5, 35, 4. — *nullo umquam proelio . .*] vgl. 39, 11; Diod. 20, 35; Nieb. RG. 3, 325. — *fugae minus . .*] vgl. 21, 61, 2. — *obstinatos mori*] s. 25, 6. — *Tuscos*] nach dem vorhergehenden *Etrusci*; s. zu 1, 23, 8.

10. *utroque* in castra*] = *in utrorumque castra*.

11. *quicquam rei . .*] vgl. zu 42, 10, 15: *quicquam rei publicae*. — *subsidiariis modo relictis*] scheint die letzten Glieder der acies zu bezeichnen, nicht die Besatzung des Lagers, da sie dazu erst verwendet werden sollen und kaum ausreichen. Doch ist der Ausdruck in Bezug auf § 9: *nullis . . fuit* ungenau. Den Triumph des Aemilius, nach den Triumphalfeiern *id. Sext. de Etruscis*, sowie den des Iunius (s. 31, 16) hat Liv. übergangen. — *vix quod . .*] über die Nachstellung des Pronomens s. zu 10, 25, 2.

33. 1. *Fabius*] s. 22, 1; 8, 38, 1. — *Marcus Rutilus**] Sohn des 7, 38, 8 und sonst oft erwähnten.

2. *adduxit*] * — *Etruscis*] der Dativ wird mit *venire* nicht selten verbunden; s. 1, 7, 1; 7, 29, 3.

33, 3 — 34. Ungesetzliche Verlängerung der Censur des Ap. Claudius. Diod. 20, 36.

Permulti anni iam erant, cum inter patricios magistratus 3
tribunosque nulla certamina fuerant, cum ex ea familia, cui
velut fato lis cum tribunis ac plebe erat, certamen oritur. Ap. 4
Claudius censor circumactis decem et octo mensibus, quod
Aemilia lege finitum censurae spatium temporis erat, cum C.
Plautius, collega eius, magistratu se abdicasset, nulla vi compelli, ut
abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis, qui finien- 5
dae censurae intra legitimum tempus actionem susceperat, non
popularem magis quam iustam nec in vulgus quam optimo cui-
que gratiorem. is cum identidem legem Aemiliam recitaret 6
auctoremque eius Mam. Aemilium dictatorem laudibus ferret, qui
quinquennale ante censuram et longinquitate potestatis domi-
nantem intra sex mensum et anni coegisset spatium, 'dic agedum' 7

3. *permulti..fuerant*] diese Worte enthalten den Umstand, auf den sich *cum..oritur* bezieht, = *permultis annis..nulla fuerant, cum..oritur*; das Plusqpf. steht also mit Beziehung auf *cum..oritur*; das erste *cum* = 'seit', wie 39, 12, 6: *aliquot annis, ex quo*. Die letzten Streitigkeiten sind 8, 23, 12 erwähnt (vgl. Lange 2, 69); Sempronius vertritt an u. St. mehr die Interessen der Nobilität; s. § 5. — *patricios*] s. 4, 43, 10. — *tribunos*] auch ohne den Zusatz von *plebis* oft = Volkstribunen. — *velut fato**] vgl. 26, 41, 9: *fato quodam*; zum Gedanken vgl. 6, 40, 3.

4. *circumactis..mensibus*] wenn die Censur des Ap. Claudius im J. 444, in welchem auch Diodor dieselbe erwähnt, zu Ende ging, so kann sie erst in der zweiten Hälfte des J. 442 begonnen haben, und die folgende Verhandlung müßte, wenn die Worte § 5. 34, 15 (vgl. 34, 22 u. 24) genau zu nehmen sind, an dem Tage ihren Anfang genommen haben, an welchem Appius das Amt hätte niederlegen sollen. — *finitum*] festgestellt, bestimmt, mit der Andeutung der Beschränkung; vgl. 26, 9. 34, 9. 21; zu 4, 54, 6; daher § 5: *finiendae..intra..* = die gesetzliche Zeit nicht überschreiten lassen. — *abdicasset*] daß dies vor

der gesetzmäßigen Zeit geschehen sei, wird nicht angedeutet, ebenso wenig, daß das Lustrum nicht gehalten sei; s. 29, 7.

5. *Sempronius erat..*] s. zu 38, 1. — *intra*] = mit Ablauf, so daß der gesetzlich bestimmte Endtermin nicht überschritten wird (s. § 6. 34, 21: *nec ultra*); da es § 4 *circumactis..mensibus* heißt, am Ende dieses Termins, d. h. am letzten Tage des 18. Monats. — *actionem*] s. zu 2, 56, 4. — *non popularem..*] nicht sowohl beim Volke beliebt (geeignet, ihm die Volksgunst zu gewinnen); vgl. zu 39, 52, 7; ähnlich das folgende *nec..gratiorem*. Liv. giebt so selbst zu, daß die *actio* des Sempronius von denen der früheren Tribunen verschieden gewesen sei (s. 10, 37, 11) und daß Appius vielmehr deren Rolle gespielt habe, obgleich er diesen sonst als Aristokraten schildert (s. 10, 7, 1. 15, 7) und mehrere der Nobilität feindliche Maßregeln desselben nicht berührt; s. 29, 7. 30, 1; vgl. Diodor: τῷ δήμῳ τὸ καχαισμένον ποιῶν οὐδ' ἄνα λόγον ἐποιεῖτο τῆς συγκλήτου (Appius). — *optimo cuique*] s. 46, 13; der Wechsel im Ausdruck (*in vulgus, ..optimo*) ist zu beachten.

6. *longinquitate potestatis**] vgl. 4, 24, 5. — *mensum*] s. 43, 21; zu 3, 24, 4.

- inquit, 'Ap. Claudii, quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo
 8 C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses.' negare
 Appius interrogationem tribuni magno opere ad causam pertinere
 9 suam; nam etsi tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in
 magistratu lata esset, quia post illos censores creatos eam legem
 populus iussisset quodque postremum iussisset, id ius ratumque
 esset, non tamen aut se aut eorum quemquam, qui post eam
 legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse.
 34 haec sine ullius adsensu cavillante Appio 'en' inquit, 'Quirites,
 illius Appi progenies, qui decemvir in annum creatus altero anno
 se ipse creavit, tertio nec ab se nec ab ullo creatus privatus fasces
 2 et imperium obtinuit nec ante continuando abstulit magistratu,
 quam obruerent eum male parta, male gesta, male retenta imperia.
 3 haec est eadem familia, Quirites, cuius vi atque iniuriis compulsi
 extorres patria Sacrum montem cepistis; haec, adversus quam
 4 tribunicium auxilium vobis comparastis; haec, propter quam duo

8. *negare . . magno opere*] *non magno opere* = nicht gerade sehr, oft spöttisch, wie auch an u. St.; vgl. 6, 5, 5; 21, 33, 11 u. a. — *etsi tenuerit* .] Appius behauptet, das Aemilische Gesetz (s. 4, 24, 6) habe nur die Censur des Furius und Geganius beschränkt, weil allein über diese vom Volk zweimal abgestimmt sei (der Nachdruck liegt auf *post illos . . creatos*), und weil (*quodque = et quia, quod*) immer der letzte Beschluss (s. 7, 17, 12), im vorliegenden Falle also der die Beschränkung der Censur bestimmende, Geltung habe. Die folgenden Censoren seien wieder *optimo iure* nach 34, 11, also auch auf 5 Jahre gewählt worden und hätten so lange im Amte bleiben können, weil ein sie beschränkender Volksbeschluss nicht jedesmal wieder gefasst worden sei. Der Tribun dagegen nahm an, das Aemilische Gesetz beziehe sich auf die Censur überhaupt, nicht allein auf die Censoren, während deren Censur es gegeben sei, und enthalte eben *quod postremum populus iussisset*; dem zufolge hätte Appius nach Ablauf von 18 Monaten die Censur niederlegen müssen; s. Mms. StR. 1², 603; 2², 322 ff.

9. *non . . potuisse*] sie hätten gar nicht . . können, der Natur der Sache nach.

34. Die Rede des Sempronius ist keine förmliche Anklage vor dem Volke, sondern eine Contio, wie 8, 33, 7 ff.

1—5. Charakteristik der Claudier.

1. *sine . . adsensu*] s. zu 21, 10, 2. — *cavillante*] s. 3, 20, 4. — *en*!] sarkastisch: da seht (habt) ihr; s. zu 22, 6, 3. — *progenies*] von einem Nachkommen gesagt, wie 3, 54, 12; 21, 10, 3. 53, 5. Appius ist der Sohn des Diktators 8, 15, 5, der Enkel des 7, 24, 11 genannten, dieser nach 6, 40, 2 ein Enkel des Decemvirn. — *altero anno*] s. 3, 35, 10. — *tertio*] s. 3, 38, 1. — *privatus*] s. 3, 39, 8.

2. *continuando abstulit magistratu*] s. zu 29, 33, 8. — *male parta*] weil er sich selbst kreierte hatte; *male gesta*: die tyrannische Herrschaft; s. 3, 35, 4 ff.; *male retenta*: als Usurpator, ohne wiedergewählt zu sein.

3. *haec*] die Anapher wird bis § 5 fortgesetzt. — *Sacrum montem*] s. zu 2, 32, 2.

4. *duo exercitus*] ist Apposition

exercitus Aventinum insedistis; haec, quae faenebres leges, haec, quae agrarias semper inpuignavit. haec conubia patrum et plebis 5 interrupt; haec plebi ad curules magistratus iter obsaepsit. hoc est nomen multo quam Tarquiniorum infestius vestrae libertati. itane tandem, Ap. Claudi? cum centesimus iam annus sit ab Mam. 6 Aemilio dictatore, tot censores fuerint, nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id ius esse, quod postremo populus iussisset, sciit? immo vero omnes sci- 7 erunt et ideo Aemiliae potius legi paruerunt quam illi antiquae, qua primum censores creati erant, quia hanc postremam iusserat populus et quia, ubi duae contrariae leges sunt, semper antiquae obrogat nova. an hoc dicis, Appi, non teneri Aemilia lege popu- 8 lum? an populum teneri, te unum exlegem esse? tenuit Aemilia 9 lex violentos illos censores C. Furium et M. Geganium, qui, quid iste magistratus in re publica mali facere posset, indicarunt, cum ira finitae potestatis Mam. Aemilium, principem aetatis suae belli domique, aerarium fecerunt; tenuit deinceps omnes censores 10 intra centum annorum spatium; tenet C. Plautium, collegam tuum,

zu *vos in insedistis*; s. zu 21, 24, 2. — *Aventinum*] s. 3, 50, 13, 51, 10, 54, 9. — *faenebres . . agrarias*] s. 2, 30, 1. 44, 1. 61, 1; 6, 40, 11.

5. *conubia*] s. 4, 1, 1; die recht-mäßige Wechselheirat. — *nomen*] wie 29, 11. — *Tarquiniorum*] s. 6, 40, 10.

6—7. Die Ansicht des Appius über die endgültige Entscheidung des Volkes widerspricht dem Sinn der Gesetze und dem seitherigen Verfahren.

6. *itane . .*] 'also wirklich . .'; es hat, wie aus deiner Behauptung gefolgert werden muß, keiner . .?; s. 44, 15, 6. — *centesimus*] Aemilius war im J. 320 Diktator. — *tot censores . .*] über das Asyndeton s. zu 8, 10, 3.

7. *scierunt*]* — *antiquae*] s. zu 4, 8, 5. — *postremam*]* — *contrariae*] ist nicht scharf zu nehmen, da das zweite Gesetz nicht das erste ganz (die Censur überhaupt) aufhob, sondern nur die Bestimmung desselben, welche die fünfjährige Dauer des Amtes festsetzte; daher auch

nicht *abrogat*, sondern *obrogat*; vgl. Cic. de rep. 3, 22.

8—10. Die lex Aemilia ist für das ganze Volk, also auch für Appius und die Censores überhaupt bindend; eine einseitige Verpflichtung anzunehmen, wäre ebenso verkehrt wie das § 6 Gesagte.

8. *an . .*] eine argumentierende Frage; oder meinst du . .? du wirst doch nicht etwa behaupten . .? — *non teneri*] so daß das Volk auch nach der lex Aemilia, und ohne dieselbe wieder aufzuheben, Censores auf 5 Jahre wählen könnte; während es gerade in dem Wesen der lex liegt, daß das Volk an sie gebunden ist. — *te unum exlegem . .*] die Magistrate, als ein Teil des Volkes, sind ebenfalls an die Leges gebunden, wie dieses in dem vorliegenden Falle von allen Censoren nach der lex Aemilia faktisch anerkannt ist.

9. *mali*]* — *finitae*] wie 33, 4; zur Konstr. vgl. zu 5, 33, 3. — *aerarium fecerunt*] s. 4, 24, 7.

10. *teneri*] überhaupt, nicht gerade jetzt, da er nach § 22 (v¹

- 11 iisdem auspiciis, eodem iure creatum. an hunc non, ut qui optimo iure censor creatus esset, populus creavit? tu unus eximius es,
 12 in quo hoc praecipuum ac singulare valeat? quem tu regem sacrificiorum crees? amplexus regni nomen, ut qui optimo iure rex Romae creatus sit, creatum se dicet. quem semestri dictatura, quem interregno quinque dierum contentum fore putes? quem clavi figendi aut ludorum causa dictatorem audacter crees?

29, 7) bereits abgegangen ist. — *iisdem auspiciis*] s. 7, 1, 6.

11—14. Wenn die Ansicht des Appius richtig wäre, daß die durch Volksbeschlüsse festgesetzte Beschränkung der Magistrate nicht die Ämter selbst betreffe, sondern nur für die Personen gegeben werde, die in der Zeit, in welcher ein das Amt betreffendes Gesetz gegeben wird, dasselbe gerade bekleiden, dann könne kein Magistrat ohne Gefahr für die Freiheit gewählt werden.

11. *ut qui optimo iure*] war ein Teil der Formel in der Lex, nach der die Censoren gewählt wurden. Sie hatte sich schon in der lex curiata für die Könige gefunden (s. § 12) und war in die Wahlformeln der Magistrate und des Rex sacrificulus übergegangen; s. Cic. de leg. ag. 2, 29; Phil. 5, 45: *sit pro praetore eo iure, quo qui optimo*. Der Sinn der Worte war, daß auf den neugewählten Magistrat alle Rechte, die bis dahin mit dem Amte verbunden gewesen waren, ohne Einschränkung übergehen sollten; daher sagt Festus S. 198: *postquam provocatio ab eo magistratu* (dem Diktator) *ad populum data est, quae ante non erat, desinit est adici 'ut optima lege sint' utpote immunito iure priorum magistratum*. Appius gründete also auf diese Formel, die auch nach der lex Aemilia in der Wahlformel der Censoren beibehalten war, den Anspruch, daß diese noch alle Rechte, die jemals die Censur gehabt hätte, besäßen, also auch die fünfjährige Dauer des Amtes. Der Redner widerlegt ihn, indem er darauf hinweist,

daß nur, wenn die gesetzlichen Bestimmungen und die herkömmliche Praxis neben der Formel *ut qui optimo iure* beobachtet würden, ein Rex sacrificulus, Interrex, Diktator ohne Gefahr für den Staat gewählt werden könne; vgl. Lange, 2, 80. — *eximius*] hier in seiner ursprünglichen Bedeutung = *exemptus* (*exceptus*), wie Cic. div. in Caec. 52. — *hoc praecipuum ac singulare*] dieses Privilegium'.

12. *regem sacrificiorum*] vgl. zu 2, 2, 1. — *crees?*] wie könnte man da .. wählen? Der Redner wirft diese Frage allgemein auf, daher die 2. Pers. des Konjunktiv; eine an andere gerichtete Frage würde, wie § 13: *creditus*, den Indikativ fordern. — *amplexus regni nomen*] der als Rex sacrificiorum Gewählte wird sich ja dann an den Namen *rex* anklammern und alle Rechte (*ut qui optimo iure*) der früheren Könige in Anspruch nehmen. — *quem .. putes?*] bei diesem und dem vorhergehenden Beispiele handelt es sich nicht um die Dauer des Amtes, sondern um die Amtsgewalt, die Kompetenz. — *quem clavi .. crees?*] er würde sich nicht auf seinen Auftrag beschränken wollen, wie 7, 3, 9. Es scheint vorausgesetzt zu werden, daß auch in der Wahlformel der für bestimmte Geschäfte ernannten Diktatoren der Zusatz *ut qui optimo iure* gestanden habe (s. § 11; 23, 23, 2), so daß der Ernante das eigentliche Recht des Diktators, das der Kriegführung, beanspruchen konnte. — *ludorum causa*] s. 8, 40, 2. — *audacter*] ohne Besorgnis, daß er sein Amt mißbrauchen werde.

quam isti stolidos ac socordes videri creditis eos, qui intra vice- 13
 simum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicaverunt aut
 qui vitio creati abierunt magistratu? quid ego antiqua repetam? 14
 nuper intra decem annos C. Maenius dictator, quia, cum quaestio-
 nes severius, quam quibusdam potentibus tutum erat, exerceret,
 contagio eius, quod quaerebat ipse, criminis obiectata ab inimicis
 est, ut privatus obviam iret crimini, dictatura se abdicavit. nolo 15
 ego istam in te modestiam; ne degeneraveris a familia imperio-
 sissima et superbissima; non die, non hora citius, quam necesse
 est, magistratu abieris, modo ne excedas finitum tempus. satis 16
 est aut diem aut mensem censurae adicere? triennium, inquit,
 et sex menses ultra, quam licet Aemilia lege, censuram geram et
 solus geram. hoc quidem iam regno simile est. an collegam 17
 subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari fas
 est? paenitet enim, quod antiquissimum sollemne et solum ab 18
 ipso, cui fit, institutum deo ab nobilissimis antistitibus eius sacri
 ad servorum ministerium religiosus censor deduxisti, gens anti- 19

13. *quam isti* . .] sie sind Thoren gewesen, daß sie nicht ihr Recht in ganzem Umfange geltend gemacht haben. — *intra vicesimum* . .] s. 29, 10, 33, 5.

14. *intra decem annos*] Liv. scheint hier der Nachricht zu folgen, nach welcher Maenius fünf Jahre früher, als er selbst angegeben hat, Diktator war; s. 26, 7. — *quod* quaerebat*] s. 45, 16, 4: *ad res capitales quaerendas*; 32, 26, 10. — *obiectata*] näml. *ei*; s. Sall. Jug. 94, 4.

15—16. Daß Appius die Censur so lange allein führen will, ist gesetzwidrig und gefährlich.

15. *modestiam*] Mäßigung. — *ne degeneraveris*] du sollst nicht als entartet erscheinen, nicht nötig haben, dich als einen Ausgearteten zu zeigen; s. 18, 3; zum Konj. Perf. vgl. 8, 18, 3. — *non die . . ne excedas* . .] s. 6, 41, 10; 21, 44, 7; 35, 48, 9; die Zeit seiner Censur wäre also eben abgelaufen gewesen; s. § 22, 33, 5.

16. *triennium . . et sex menses*] Liv. setzt nach seiner Quelle voraus, daß so lange die Zeit von dem Ende der einen bis zum An-

fang der nächsten Censur gedauert habe, obgleich in dem vorliegenden Falle bei ihm ein Jahr daran fehlt; s. 41, 1. 42, 3. Sonst wird den Censoren auf ihr Verlangen noch 1½ Jahr Zeit gegeben *ad sarta tecta exigenda et ad opera . . probanda* (s. 45, 15, 9); zu den großen Werken, die Appius begonnen hatte, mag vielleicht diese Zeit nicht ausgereicht, der Senat ihm die Fortführung der Geschäfte versagt und Appius zu gehorchen sich geweigert haben. — *solus*] ein bedeutendes Moment; s. 29, 8; 5, 31, 7. — *regno*] s. 3, 38, 1.

17—22. Will Appius einen Kollegen wählen lassen, so wird er den Staat in großes Unglück stürzen.

17. *in demortui* . .] s. 6, 27, 4; Mms. StR. 1³, 208. — *paenitet*] mit folgendem *nisi*, wie 6, 40, 18: *parum est, . . nisi*; ist es dir nicht genug (du bist nicht damit zufrieden) . .? du willst einen größeren Frevel begehen.

18. *ab ipso*] s. 5, 13; dies ist 1, 7, 11 nicht so bestimmt ausgesprochen. — *servorum*] s. zu 29, 9. — *religiosus*] gewissenhaft; ironisch

- quior originibus urbis huius, hospitio deorum immortalium sancta, propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est, nisi universam rem publicam eo nefario obstrinxeris, quod omninari etiam reformidat animus. urbs eo lustru capta est, quo demortuo [collega] C. Iulio censore L. Papius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam subrogavit. et quanto modestior illius cupiditas fuit quam tua, Appi? nec solus nec ultra finitum lege tempus L. Papius censuram gessit; tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur; omnes deinceps censores post mortem collegae se magistratu abdicarunt.
- 22 te nec quod dies exiit censurae, nec quod collega magistratu abiit, nec lex nec pudor coerces: virtutem in superbia, in audacia, 23 in contemptu deorum hominumque ponis. ego te, Ap. Claudii, pro istius magistratus maiestate ac verecundia, quem gessisti, non modo manu violatum, sed ne verbo quidem inclementiori a 24 me appellatum vellem; sed et haec, quae adhuc egi, perveracia tua et superbia coegit me loqui, et, nisi Aemiliae legi parueris, 25 in vincula duci iubebo nec, cum ita comparatum a maioribus sit, ut comitiis censoriis, nisi duo confecerint legitima suffragia, non renuntiato altero comitia differantur, ego te, qui solus censor

19. *originibus*] s. zu 26, 13, 16. — *hospitio*] also nicht Evander, sondern die Potitier. — *deorum*] des Hercules. — *propter te*] s. 8, 33, 21. — *ab stirpe*] s. zu 34, 2, 3. — *eo nefario*] einem (solchen) Frevel, nämlich der ein Unglück, wie das § 20 bezeichnete, herbeiführen wird; *nefario* ist Substantiv geworden; s. zu 4, 13, 9. — *omninari . . reformidat*] s. zu 7, 30, 23; bezieht sich mehr auf das dem *nefarium* folgende Unglück als auf dieses selbst.

20. *ne abiret* . .] geht auf § 17: *an* . . zurück und vollendet den Schluss. — *L. Papius*] die Angabe ist hier genauer als 5, 31, 6.

21. *post mortem collegae* . .] vgl. 24, 43, 4; Mms. StR. 1², 207.

22. *te nec* . .] bildet den Gegensatz zu § 21 und faßt alles Gesagte zusammen. — *dies exiit* *] d. h. der letzte Tag . . ist zu Ende gegangen; vgl. 42, 47, 10. — *nec lex . . coerces*] wiederholt erklärend die beiden vorhergehenden Glieder, = *nec*

lex aut pudor. — *pudor*] insofern er sich nicht scheut, seinem Kollegen gegenüber etwas ihn selbst Entehrendes zu thun. — *virtutem . . ponis*] fügt positiv die Eigenschaften hinzu, aus denen das beschriebene Verfahren hervorgeht.

23. Die Censur galt bisher als sanctissimus magistratus.

23. *inclementiori*] vgl. 3, 48, 4; der Abl. des Komparativs auf *i* findet sich selten; das Wort selbst scheint Liv. nach den Komikern zuerst wieder gebraucht zu haben.

24—25. Ich werde die *lex Aemilia* aufrecht erhalten.

24. *quae . . egi*] was ich . . gesprochen habe; s. 8, 33, 23; 10, 31, 10. — *in vincula duci iubebo*] ähnliche Drohungen der Tribunen finden sich öfter; s. zu 4, 26, 9; Mms. StR. 1², 148 ff.; 2², 291.

25. *comitiis censoriis*] es waren Centuriatkomitien. — *confecerint . . suffragia*] die gesetzliche Zahl von Centurienstimmen (die Majorität) erlangt hätten. — *non renuntiato*

creari non possis, solum censuram gerere patiar.' haec talia- 26
que cum dixisset, prendi censorem et in vincula duci iussit. ad-
probantibus sex tribunis actionem collegae tres appellanti Appio
auxilio fuerunt; summaque invidia omnium ordinum solus cen-
suram gessit.

Dum ea Romae geruntur, iam Sutrium ab Etruscis obside- 35
batur, consulique Fabio imis montibus ducenti ad ferendam
opem sociis temptandasque munitiones, si qua posset, acies
hostium instructa occurrit; quorum ingentem multitudinem cum 2
ostenderet subiecta late planities, consul, ut loco paucitatem
suorum adiuvaret, flectit paululum in clivos agmen — aspreta
erant strata saxis —, inde signa in hostem obvertit. Etrusci 3
omnium praeterquam multitudinis suae, qua sola freti erant, in-
memores proelium ineunt adeo raptim et avide, ut abiectis mis-
silibus, quo celerius manus consererent, stringerent gladios va-
dentes in hostem; Romanus contra nunc tela nunc saxa, quibus 4
eos adfatim locus ipse armabat, ingerere. igitur scuta galeaeque 5
ictae cum etiam quos non vulneraverant turbarent, neque subire
erat facile ad propiorem pugnam, neque missilia habebant, qui-

altero] sie mußten beide zusam-
men renuntiiert werden, weil der
Fall hätte eintreten können, daß
die Wahl des zweiten nicht zu
stande kam, wodurch der schon
§ 17 berührte Grundsatz verletzt
worden wäre. — *censuram ge-
rere* . .] er will Appius suspen-
dieren; er will ihn hindern, die
Amtsthätigkeit als Censor fortzu-
setzen, und, wenn er dies dennoch
unternimmt, verhaften lassen; vgl.
Mms. StR. 2², 249. — *patiar*]*

26. *haec taliaque*] s. zu 21, 53,
11. — *prendi*] vgl. zu 2, 56, 13. —
appellanti] s. 26, 10. — *auxilio
fuerunt*] diese gehören zu der Par-
tei des Appius (s. 26, 10) und wer-
den wohl von der großen Menge
unterstützt. — *omnium ordinum*]
dazu würden auch die *humiles* (s.
46, 11) gehören; vgl. dagegen die
Stelle aus Diodor zu 46, 11.

35—37. Krieg in Etrurien. Diod.
20, 35; Frontin Strat. 1, 2, 2.

1. *iam* . .] knüpft an 33, 1 an. —
Fabio] nach Diodor liefern beide

T. Liv. III. 2. 5. Aufl.

Konsuln diese Schlacht. — *ducenti*]
s. zu 1, 23, 5.

2. *ostenderet*] s. 7, 12, 3. — *sub-
iecta late*] die unten (in Bezug auf
imis montibus) sich weithin er-
streckende; *late* ist unmittelbar
mit *subiecta* verbunden, weil dieses
dem Sinne nach — *patente* ist. —
signa . . *obvertit*] s. 21, 5; 6, 3, 7.
24, 7; häufiger ist das schwächere
signa convertere.

3. *omnium*] s. zu 1, 45, 1. —
praeterquam] s. zu 3, 40, 5. — *qua
.. freti erant*] s. 6, 13, 1; 21, 5, 12.
— *abiectis*] s. 13, 2.

ingerere] wohl von Liv. zuerst in
Prosa in diesem Sinne gebraucht; hier
ohne Angabe des Zieles; vgl. 2, 65, 4.

5. *scuta* . . *ictae*] der Umstand,
daß . . ; s. zu 27, 13; *scuta* . . ge-
hört auch zu *vulneraverant*, ob-
gleich dies nur von den geworfenen
Geschossen oder den sie Werfenden
ausgesagt werden konnte; zur Schild-
derung vgl. 7, 23, 8f. — *ad pro-
piorem pugnam*] und *eminus* ent-
sprechen sich: sie können weder

6 *Ins* eminus rem gererent; stantes et expositas ad ictus, cum iam
 7 *estis* nihil tegeret, quosdam etiam pedem referentes fluctuantem-
 que et instabilem aciem redintegrato clamore strictis gladiis ha-
 8 *stati* et principes invadunt. cum impetum non tulerunt Etrusci
versisque signis fuga effusa castra repetunt. sed equites Romani
 praevecti per obliqua campi cum se fugientibus obtulissent,
 9 *omisso* ad castra itinere montes petunt; inde inermi paene agmine
 ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum. Romanus
 multis milibus Etruscorum caesis, duodequadraginta signis mili-
 taribus captis, castris etiam hostium cum praeda ingenti potitur.
 tum de persequendo hoste agitari coeptum.

36 *Silva* erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam
 nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eam diem ne mercatorum

aus der Nähe noch aus der Ferne
 kämpfen; im zweiten Gliede ist
 der Grund zum Hauptsatze gemacht
 statt: *neque eminus rem gerere*
poterant, quod . . non habebant.

6. *stantes*] fügt asyndetisch an,
 was bei *neque erat facile* eintreten
 mußte, und *expositos ad . .* ist
 die Folge davon; im folgenden geht
cum . . tegeret auf *scuta . . ictus*
 zurück und setzt dieses fort: die
 Etrusker werden verwundet und
 können ebenso wenig weiter auf-
 rücken als aus der Ferne kämpfen;
 sie machen (also) halt, sind aber
 den Würfen der Feinde ausgesetzt,
 weichen zum Teil zurück, und
 die so ins Schwanken geratende
 Schlachtreihe usw. — *expositos*
ad . .] s. 5, 54, 4; 42, 23, 9; vgl. zu
 7, 34, 5; 22, 44, 7. — *pedem refe-*
rentes] soll nur das Folgende vor-
 bereiten, denn einzelne werden von
 den Römern nicht angegriffen; —
 die bei dem Rückzuge einzelner ins
 Schwanken kommende Schlacht-
 linie; vgl. 6, 13, 3. 24, 10. Die
 Periode ist wenig abgerundet, da
 man *neque facile esset* etc. erwartet
 und das Asyndeton (s. Nägelsb.
 § 200, 2) hier nicht ohne Härte ist.

7. *praevecti*] s. 10, 36, 6; 24, 44,
 10; 40, 13, 3; anders 22, 49, 6;
 s. zu 1, 45, 6 und 44, 10, 12. —
obliqua campi] s. 27, 18, 10; vgl.

37, 1; 7, 15, 5; das Feld, wie es
 sich unten an den Höhen, von denen
 die Etrusker fliehen, schräg hin nach
 dem Lager zog (s. § 2) — schräg
 durch das Feld. — *petunt*] zu dem
 Wechsel der Subjekte vgl. § 5; 6,
 31, 4.

36. 1. *silva erat*] s. 33, 5; zu 7,
 26, 2. — *Ciminia*] das noch jetzt
 bewaldete Gebirge von Viterbo; s.
 Dennis, Städte Etruriens 1, 128 f.;
 damals bildete es noch die Grenze
 zwischen dem freien und dem von
 Rom abhängigen Etrurien. Das fol-
 gende *magis tum . . adita* ist über-
 trieben, da das Gebirge nur an einer
 Stelle 950 m hoch ist und an mehr-
 reren Stellen leicht überschritten
 werden kann. Außerdem waren
 das nördliche und südliche Etrurien
 längst mit einander verbunden, auch
 hatten die Römer schon früher jen-
 seits des Gebirges Krieg geführt;
 s. zu 6, 4, 8. Allerdings konn-
 ten sie vorher auf anderen Wegen
 dorthin gelangt sein, und Fabius,
 der vielleicht seine Gründe hatte,
 gerade diesen Pafs zu wählen,
 mochte insofern als der erste gel-
 ten, der ihn überschritten hatte;
 vgl. Diodor: *πρώτος Ῥωμαίων*
μετὰ δυνάμεως ἐμβεβληκῶς εἰς
τοὺς τόπους τούτους (τὴν ἀνωτέρω
Τυρρησίαν). — *Germanici saltus*
 s. Einl. 9; Flor. 1, 12 (17), 3: *Ci-*

quidem adita. eam intrare haud fere quisquam praeter ducem ipsum audebat; aliis omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleverat. tum ex iis, qui aderant, consulis frater — eum Fabium Caesonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem qua consulem genitum, tradunt — speculatum se iturum professus brevique omnia certa adlaturum. Caere educatus apud hospites, Etruscis inde litteris eruditus erat linguamque Etruscam probe noverat. habeo auctores vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis litteris erudiri solitos; sed propius est vero praecipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci simulatione hostibus inmiscuerit. servus ei dicitur comes unus fuisse, nutritus una eoque haud ignarus linguae eiusdem; nec quicquam aliud proficiscentes quam summatim regionis, quae intranda erat, naturam ac nomina principum in populis accipere, ne qua inter colloquia insigni nota haesitantes deprendi possent. iere pastoralis habitu, agrestibus telis, falcibus gaesisque binis, armati. sed neque commercium linguae nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quam quod abhorrebat ab fide quemquam externum Cimi-

minius saltus, . . ante invius plano quasi Caledonius vel Hercynius. — nulli] s. zu 8, 6, 4. — eam] — aliis] = ceteris, wie oft bei Livius. — aboleverat] s. 8, 11, 1.*

2. *tum . .]* nachdem anfangs der Konsul allein dafür gestimmt hatte. — *ex iis, qui aderant]* nämli. *in consilio*; s. 26, 33, 7; oder es bedeutet nur so viel als 7, 39, 9: *ex praesentibus. — eum Fabium*]* einige Annalisten gaben nur den Vornamen anders an (*Caeso Fabius*; vgl. Frontin), manche hielten ihn für einen Stiefbruder des Konsuls von väterlicher Seite; vgl. 7, 22, 3: *T. Quinctius Poenus; quidam Caesonem, alii Gaium nomen Quinctio adiciunt*; zur Parenthese vgl. 10, 41, 5. Über die Nachstellung des Vornamens s. zu 2, 32, 8. — *alii . . quidam]* s. 41, 14; zu 45, 10, 14. — *tradunt]* dabei ist *fuisse* zu denken; s. zu 10, 41, 5.

3. *hospites]* s. zu 4, 13, 2. — *litteris]* welche Wissenschaften gemeint sind, läßt sich nicht bestimmen; vielleicht handelte es sich um Unterweisung in der Prodigien-

kunde; vgl. Cic. de leg. 2, 21; de div. 1, 92; Marq. StVw. 3, 394 f. — *linguam Etruscam]* diese war den Römern fremd und unverständlich; s. 10, 4, 9; vgl. 1, 27, 9; Schwegler 1, 170. 267 ff.; vgl. Mms. StR. 3, 588. — *vulgo tum . .]* nur Liv. berichtet dies; bei Cicero an den angeführten Stellen ist von einem öffentlichen Institute, hier von Privatverhältnissen und der Erziehung die Rede; s. Mms. RG. 17, 226.

4. *praecipuum aliquid . .]* bei ihm habe ein besonderer Grund vorgelegen, nicht jene allgemeine Sitte habe es bewirkt, daß er zur Kenntnis der etruskischen Sprache .. gekommen sei; vgl. Dion. 5, 28.

5. *accipere]* — insigni nota]* gehört zu *deprendi*: durch ein auffallendes Merkmal, d. h. wenn sie etwas allgemein Bekanntes nicht wußten; über die Wortstellung s. 10, 21, 9; zu 6, 23, 4.

6. *falcibus . .]* Erklärung zu *telis*; über *gaesa* s. zu 8, 8, 5. — *commercium linguae]* vgl. 1, 15, 3. — (*non sic . . quam]* st. (*non tam . . quam*, wie auch sonst die Bezeich-

- 7 nios saltus intraturum. usque ad Camertes Vmbros penetrasse dicuntur. ibi, qui essent, fateri Romanum ausum introductumque in senatum consulis verbis egisse de societate amicitiaque
 8 atque inde comi hospitio acceptum nuntiare Romanis iussum, comteatum exercitui dierum triginta praesto fore, si ea loca intrasset, iuventutemque Camertium Vmbrorum in armis paratam
 9 imperio futuram. haec cum relata consuli essent, impedimentis prima vigilia praemissis, legionibus post impedimenta ire iussis
 10 ipse substitit cum equitatu et luce orta postero die obequitavit stationibus hostium, quae extra saltum dispositae erant; et cum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit portaque altera
 11 egressus ante noctem agmen adsequitur. postero die luce prima iuga Ciminii montis tenebat. inde contemplatus opulenta Etruriae arva milites emittit. ingenti iam abacta praeda tumultuariarum
 12 agrestium Etruscorum cohortes repente a principibus regionis eius concitatae Romanis occurrunt adeo inconpositae, ut vindices praedarum prope ipsi praedae fuerint. caesis fugatisque iis, late depopulato agro victor Romanus opulentusque rerum omnium

nung des Grades und der Beschaffenheit einander berühren; die Verbindung ist selten; s. Flor. 1, 34 (2, 18), 1: *Numantia quantum . . . inferior, ita . . . par*; Lucr. 4, 1143: *non ita . . . difficile est quam . . . exire*; Prop. 2, 5, 11: *non ita . . . variant, quam facile . . . mutantur*.

7. *Camertes Vmbros*] hier (vgl. 10, 25, 11) die Bewohner von Camerinum in Umbrien an der Grenze von Picenum (s. Plin. 3, 113; Frontin a. a. O.), welche nach 28, 45, 20 ein *aequum foedus* mit Rom hatten; s. Cic. p. Balb. 46; Val. Max. 5, 2, 8. Cato nennt die Cameriner *cives nostri*; s. Festus S. 234: *prorsus*. Die Boten mußten also einen Teil Etruriens und Umbriens durchwandert haben, um im Rücken der Etrusker (vgl. 37, 1) Bundesgenossen zu gewinnen. Wegen der großen Entfernung von Camerinum nehmen andere an, es sei eine sonst nicht bekannte Stadt westlich vom Tiber gemeint; s. Nieb. RG. 3, 440; Müller. Etrusk. 12, 96. — *consulis verbis*] s. § 14; zu 26, 6, 11. — *egisse*] wenn es nicht eine Verhandlung

mittels Dolmetscher war, mußte Fabius auch der umbrischen Sprache mächtig gewesen sein.

8. *paratam imperio*] s. zu 7, 16, 4.
 9. *relata . . . essent*] es war darüber natürlich längere Zeit vergangen, in der sich die Etrusker wieder sammeln konnten; vgl. Diodor: *Τυρρηῶν πολλοῖς πλῆθεσι ἐπὶ Σούτριον συνδραμόντων*. — *impedimentis* . . .] s. 28, 26, 11; wenn das Gepäck so leicht über das Gebirge und so bald (s. § 13) in das Lager zurückgebracht wurde, kann jenes nicht so unwegsam gewesen sein, wie § 1 angegeben ist.

10. *altera*] die vom Feinde abgewandt war.

11. *iuga*] die Höhe von Viterbo, von welcher sich der Blick in die reich bebaute Ebene nach Volsinii und anderen Seiten hin öffnete; s. Dennis (zu § 1).

12. *tumultuariarum*] schnell aufge-
 rafft. — *praedarum*] wie 6, 15, 13; vgl. 2, 64, 3; 10, 2, 8; *praedarum . . . praedae*: Wortspiel, wie 3, 29, 2.

13. *depopulato agro*] s. zu 5, 12, 6. — *opulentusque* . . .] vgl. 22, 3, 3;

copia in castra rediit. eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant denuntiatum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret. laetati serius se, quam ut inpedire bellum possent, venisse, nuntii victoriae Romam revertuntur.

Hac expeditione consulis motum latius erat quam profligatum bellum; vastationem namque sub Ciminii montis radicibus iacens ora senserat, conciveratque indignatione non Etruriae modo populos sed Vmbriae finitima. itaque quantus non unquam antea exercitus ad Sutrium venit; neque e silvis tantummodo promota castra, sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies. deinde instructa primo suo stare loco relicto hostibus ad instruendum contra spatium; dein, postquam detractare hostem sensere pugnam, ad vallum subeunt. ubi postquam stationes quoque receptas intra munimenta sensere, clamor repente circa duces ortus, ut eo sibi e castris cibaria eius diei deferri iuberent: mansuros se sub armis et aut nocte aut certe luce prima castra hostium invasuros. nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur. decima erat fere

Etrusci campi . . . omnium copia rerum opulenti. — in castra rediit] vgl. Diodor: *Ἰλαθς . . . ἐμβαλῶν εἰς τὴν ἀνωτέρω Τυρρηθίαν, ἀπὸρθητον γεγεννημένην πολλῶν χρόνων . . . καὶ τοὺς ἐπελθόντας τῶν ἑγχωρίων νικήσας . . . περὶ τὴν καλουμένην Περούσιαν δευτέρῃ μάχῃ* (s. Liv. 9, 37, 11) *τῶν Τυρρηθῶν κρατήσας, . . . κατεπλήξατο τὸ ἄθνος.* castra ist das Lager bei Sutrium, wo sich Kap. 37 Fabius wieder befindet.

14. *tribunis plebis]* s. zu 9, 13; sie werden nur in ganz außerordentlichen Fällen vom Senate abgeschickt, um vermöge ihrer *sacrosancta potestas* die Feldherren, wenn sie sich dem Senate widersetzen, zum Gehorsam zu nötigen; vgl. 29, 20, 4: *Mms. Str. 2^a, 251.* — *legati . . .]* vgl. 21, 63. 12. — *senatus verbis]* dieser muß also von dem Plane des Fabius unterrichtet gewesen sein; zum Ausdr. vgl. § 7. — *bellum]* ungenauer Ausdr. statt *expeditionem*, da der Krieg durch den Zug des Fabius nicht entstanden ist und Liv. diesen mehr als einen Streifzug geschildert hat: vgl. 37. 1.

37. 1. *profligatum]* s. 29, 1. — *ora]* Landstrich; s. 23, 24, 9; *ora* statt der Bewohner, wie 13, 8: *regio. — senserat]* s. 41, 8. — *indignatione]* s. 4, 6, 3. — *conciverat]* s. 10, 21, 2. — *Vmbriae finitima]* wie oft bei Liv.; s. 27, 20, 5; 31, 1, 7; vgl. 35, 7. Die Mehrzahl der Gemeinden der Umbrer, einer den sabellischen Stämmen verwandten Völkerschaft, hat sich an die Etrusker angeschlossen.

2. *quantus]* ohne *tantus*, wie 28, 42, 8; vgl. 39, 5. — *e silvis]* des mons Ciminii; s. 35, 8. — *tantummodo]* s. zu 21, 32, 4. — *quam primum]* gehört zu *dimicandi*.

3. *hostibus]* — *ad instruendum]* — *ad se instruendos*, wie 10, 19, 15; 25, 22, 13; *Caes. BG. 3, 46, 5*; vgl. 6, 35, 2; 21, 39, 1; 24, 45, 11; 31, 21, 6; 35, 35, 14; 37, 10, 10; *Caes. BG. 1, 45, 7*.

4. *eius]* — *mansuros se]* sie würden übernachten: s. zu 3, 45, 7.

5. *nihilo quietior . . .]* deutet nach dem Zusammenhange die Kampflust des Heeres an; dazu paßt nicht § *territus . . . tubet . . . praecipit. — a*

- diei hora, cum cibum capere consul milites iubet; praecipit, ut
 6 in armis sint, quacumque diei noctisve hora signum dederit; pau-
 cis milites adloquitur, Samnitium bella extollit, elevat Etruscos;
 nec hostem hosti nec multitudinem multitudini comparandam ait;
 esse praeterea telum aliud occultum; scituros in tempore; interea
 7 taceri opus esse. his ambagibus prodi simulabat hostes, quo ani-
 mus militum multitudine territus restitueretur; et, quod sine mu-
 nimento conserant, veri similis erat quod simulabatur. curati
 cibo corpora quieti dant et quarta fere vigilia sine tumultu exci-
 8 tati arma capiunt. dolabrae calonibus dividuntur ad vallum pro-
 ruendum fossasque inplendas. intra munimenta instruitur acies,
 9 delectae cohortes ad portarum exitus conlocantur. dato deinde
 signo paulo ante lucem, quod aestivis noctibus sopitae maxime
 quietis tempus est, proruto vallo erupit acies, stratos passim in-
 vadit hostes; alios immobiles, alios semisomnos in cubilibus suis,
 maximam partem ad arma trepidantes caedes oppressit; paucis
 10 armandi se datum spatium est; eos ipsos non signum certum,
 non ducem sequentes fundit Romanus fugatosque persequitur.
 ad castra, ad silvas diversi tendebant. silvae tutius dedere refu-
 gium; nam castra in campis sita eodem die capiuntur. aurum
 argentumque iussum referri ad consulem; cetera praeda militis
 11 fuit. caesa aut capta eo die hostium milia ad sexaginta. eam
 tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugna-

loquitur . .] das Asyndeton hebt die einzelnen Momente.

6. *paucis*] vgl. 24, 38, 9; *pluribus*. — *comparandam*] s. 22, 54, 11. — *telum*] s. zu 3, 55, 3.

7. *ambagibus*] s. zu 1, 56, 9. — *conserant*]* — *curati cibo*] s. 34, 16, 5; vgl. zu 3, 2, 10; häufig vor Unternehmungen in der Nacht.

8. *dolabrae*] ein Instrument, welches an dem Stiele ein Beil zum Hauen und diesem gegenüber ein gekrümmtes Eisen zum Brechen hatte; s. 21, 11, 8. — *delectae cohortes*] vgl. zu 4, 27, 10.

9. *sopitae*] ist von den Menschen auf den Zustand übertragen. — *erupit*]* — *passim*] gehört zu *stratos*; um die an verschiedenen Punkten lagernden Feinde gleichzeitig anzugreifen zu können, wird der Wall gemischten Lagers geebnet und

